

1. Edini Descriptio historica Familiae ab Alvensleben de eius in
 moribus, incrementis et memorabilibus Chagoburgi 1681
2. Metney's Schediasma historicum quoad familiam ab
 Alvensleben Prauscho. 1727.
3. Dr. Manni Oratio sepelivsa et mortu Ludovici Alvens
 leben. Genae 1610.
4. Sparlachii Epithalamium nuptiarum ad Alvensleben
 Leben et Elisabethae a Schulenburg Helmsstedt 1590.
5. Hoffmeyer's Carmen in fer: pascales Joachimo ab
 Alvensleben Ladic:
6. Meibana's Epicedion Elis: a Schulenburg conj. La
 Jolubialis Alvensleben Helmsstedt 1660.
7. Gronauer's Protophonia in obit: Joachimi ab Al
 vensleben Helmsstedt 1598.
8. Waltheri Comment. de origine Ruffae Magde
 burgicae Chagdeb: 1728.
9. Henscheni Elegia in obitum Mercurii Schulenburg
 a Calwedel 1581
10. Fackheri Carmen Heroicum de vita a Schulenburg
 a Dentum. Chagdeb: 1504.
11. Ferafi's Schulenburgiados libri V. Magd: 1611
12. adenden Epithalamium in nuptias Georgiae Schu
 lenburg et Annae de Schulenburg 1599
13. Lafelli's Hellenyrtikos ad Mathiam de Schulenburg
 Helmsstedt 1594.
14. Melismata manibus Leoniae Joachimi Epicoe
 a Schulenburg Chagdeb: 1611.
15. epodion ubi de Maicrats fagn in dnu Joachimi Eber
 hardi Successionis: all. Franckf. an dno 1614.



16. Madrihu Variarum Observationes quatuor Successionem
Dixam. Trajecti ad Rhodum 1731.
17. Wagneri nomen in aspectu Giffelii de von Meyendorf
1751.
18. Attestatio Thomae Giffelii de von Salierffu Jun
1751. Pars 2^a in Jani 1703.
19. Reichmanni testificatio de Giffelii von Hache
Duisburg 1753.
20. Deffertus testificatio de Giffelii von Johr. Weigels
1769
21. Waltheri testificatio Magdeburg Cant. de Giffelii
Magdeburg 1790.
22. Eiusdem Genealogia Comitum de Greben. Magd.
1791.
23. Wolterii testificatio de Veltheimorum familia
Helmsedt 1797.
24. Replemuntis testificatio de von Veltheimorum familia
Helmsedt 1788.
25. Leidens. testificatio de familia de Regede
Halle 1751.
26. de Regede — — — de Hache Halle 1752.
27. — — — — — de Bis mare Halle 1752.
28. — — — — — de Regede Halle 1753.
29. — — — — — de Plumenthal Halle 1753.

20
SCHULNBURGIDOS
USQUE AD USITATAM GENEROSÆ
*Prosapia, in albam sive Seniore, & nigram sive
Junioem, dichotomias*

PRODUCTÆ
Ex Archivis, defunctorum co-
dicilis Cænobianis, memorijs, diplomatis recessi-
bus, conventionibus, feudorum divisionibus,
& viventium constante rela-
tione.

TOMUS SECUNDUS
Operâ & sumptu

TOBIÆ JERASI Crofnâ-Silesi
Pastoris Pezendorfiani-Schu-
burgorum P. C.

Psal. 112. v. 2. 3.
Generatio Rectorum benedicetur: gloria & divitiæ in domo eius:
& Justitia ejus manet in seculum seculi.



Exscripta Parthenopoli
TYPIS BEZELIANIS

Anno æræ nostræ
DoCeMe Vlas TVas ex Psal. 25. v. 4.

Reverendis,
Strenuis,
Magnificis,
Nobilissimis,

Omnibus & singulis, quâ Patrē, quâ Matrē
Generosâ Schulnburgorum profapiâ
profatis, Dominis Mecænatibus ex
asse honorandis.



*CHULNBURGIS, vestris modò quæ
successerat hospes
Sedibus, enixa est pueram, obstetricæ
Camæna:
At fidam Nutricis opem; fomentaq;
poscit:*

*Ferte citi flammæ, date ligna, puellula vagit.
Alget, & esurit: ô fidam Nutricis obite,
Ipsi nunc operas, CALIDOQUE ANIMATE FAVORE.*

D. D. D.

Humilimè

AUTOR

De Schulnburgijs quibusdā,
 quorum certa genealogia dari nequit,
 circumstantiæ verò sat evidentes
 habentur.

H Mergo tenebris, manifesto & lumi-
 ne coram,
 Cerno viam. Recto ducentia trami-
 te vellem,
 Fila sequi, bivis modò non suspensa
 Cursuri vestigia. Ceu si quando Viator tenerent
 Hactenus obscura tenui sub lumine Phæbes
 Cecum emensus iter, dubia regione viarum,
 Educta è tenebris coram videt omnia plana,
 Cum Sol Eo referavit limina portæ;
 At multum, bivis objectis, musitat, & quo
 Limite nunc gressus transmittere debeat, hæret:
 Sic ego multa quidem video vestigia, facta,
 Nominaq; stirpisq; jubar, fastosq; probatos,
 Ordine ducta suo, certæ vestigia stirpis
 Undiq; non video. Cernes operam interrumpi,
 Omnes si qua satos Schulnburga gente labores
 Ordine præfixam sedem revocare sub unam,
 Et certo certos deducere calle nepotes,
 Quanquam illi gestis clarissima lumina rebus,
 Nominibusq; suis, fastorumq; ordine clarent,
 Exoriare aliquis generosi sanguinis Heres,

Omnia qui coram manifesta luce reponas,
 Radicesq; hujus vestiges altius, unum
 Subq; caput revoces dispersos sede stolones.
 Quam vellem! Sed fata vetant: presentia soli,
 (Quanta Dei voluit concedere gratia nobis)
 Committens, nihil affingo, neq; somnia narro,
 Ex archivorum penetralibus hausta propino,
 Et refero, quaeq; ostendent in margine fontes.

At prius est animus Gnatos ostendere Phabo;
 Sanguine Schulnburgo, quos certo immittere
 trunco

Musa nequit, planè nec omittere. Namq; quadrigis
 GLORIÆ utroq; poli portata sub axe, calenti
 Latè Fama canens rumore oblivia differt.
 Ardua sic virtus cœlis erumpit apertis, ”
 Viribus inceditq; altis, graviumq; laborum ”
 Ornamenta sibi poscit, sibi premia ferri ”
 Longa quibus series ævi est concredita, Musæ,
 Cur ita omisistis clarissima lumina? cur non
 Stirpem adjecistis, quorum incluta facta notastis?
 Novimus egregij SCHULNBURGOS sanguinis olim
 Vixisse innumeros, fama cantante, celebres:
 Novimus ex fastis etatem, nomina, gesta,
 Bella, locum, mortisq; genus; non novimus unà
 Præfixam quandam stirpem, certosq; nepotes?
 Deucalioneo quis jactu dixerit ortos
 Quis frugis perdas salices? Tellure quis illos

Pro

*Prognatos? Nec enim veterum commenta mora-
mur*

Furtivos, rudibus coram, fucantia partus.

Schulenburgiade lux ò palmaris ADOLPHÆ (a)

Signifer ivisti Normannos fortis in hostes,

Atq; Urbem circa, cui tractus fecerat Arcto

Subiectus, nomen, pro laudis aromate, vitam,

Duxisti pulchrum deponere. Mirrs enim honesta „

Infami longè vitæ anteferenda! Sed heus, te „

Quo genitore feram? quo ducam limite? quosve

Asignem fratres? quam costam? quosq; nepotes

Si qua dedit Natura? silent uno ore Camæna

Intra Heliconæ suum secretò cuncta tenentes,

Fortè daturæ aliæ venæ potioris Alumno.

Quæ te subduxit nobis ò nobilis EDO (b)

Ocypete? Te scimus enim Schulenburgide quondam

Gente satum: Dano te scimus ab hoste receptum,

Bennonis virtute Ducis, bellacibus armis:

Et socios scimus, scimus loca, tempora, gesta,

At certam stirpis seriem non ponere scimus.

*Cui vos QUINQUE VIRI, committere debeat
albo, (c)*

Aonis incerta est. Vos Dano fortiter hosti,

Cum BRUNONE unâ, qui nomen fecit Et urbi,

Vicinoq; loco, congressos novit, eodem

Cum BRUNONE proliquisse in vulnere vitam,

Vt sic religio melius succresceret orbe,

(a) M. Hieron. Hennin-
ges ex V Vagnere in Bi-
bliotheca Ranzov. sub-
familia Nobil. à Mejen-
dorff, pag. 2. ita: Pe-
rijt in pugna (Ludol-
phus à Mejendorff)
contra Nordmanos vel
Danos gesta circa oppi-
dum in phrisiâ cum sig-
nifero Exercitus Adol-
pho à Schulenburg An-
Christi 874. vel 875.

(b) Ibid. pag. 8. sub Fri-
der. à Mejendorff Ca-
ptus à Danis incurfi-
entibus, & stadam va-
stantibus A.C. 988. Sed
liberatus cum socijs su-
is nobilibus Eridago ab
Arnim, Viricone ab Al-
seburgo & Edone à
Schulenburg, à Bennon
Duce Sax. & Lüneb.
qui Danos fudit &c.

(c) Vide annal. Cæno-
bij Eisdorff

Quaquam non gladij fuerat virtute serenda,
 Relligio. Nec enim Christus dira arma movendo;
 Sed tantum, verbum, Flatu moderante, docendo
 Praecipit extendi sacri pomeria regni.

» Nullum est imperium crudelius, atq; tenellis

» Mentibus in fidei rebus dominariet (olim
 Ut Caesar scitè prudenti protulit ore)

Ast ita eo Patrum seclares credita! cernis
 Inde tamen mentes, Christi pro nomine, promptas
 Sanguineas intrare acies, & ponere vitam,

» Certè vera Fides, operum est nutricula, nuda

» Nunquam est, nunquam non Christum ardet, ut om-
 » nia certè

Amittat potiùs, quam Christi ponat amorem

d) Vide Peccentia, in
 Chron. Misvic.

(d) Te SCHULNBURGIADAE, Flos præstantissime
 gentis,

ALBERTI factis, atq; URSI nomine magni
 Tempore Marchiadae, multa virtute celebrem
 Musa nequit (quaquam! ò) certè committere stirpi
 Nam qua laude sagi, qua laude togæq; celebris
 Extiteris quondam, fortunas natus ad omnes,
 Suprà Melpomene nobis clara vit abundè,
 Quando Henetas dixit gentes regione remotas
 Dispersasq; solo, ne forte resumere vires
 Conjunctæ possent, graviusq; infligere vulnus,
 Consilio sapiente tuo, suavisq; salubri.

Clarant facta quidem pleno Musæ ore, sed ipsam

Stirpem

Stirpem uno ore silent. Sic multa laude celebres
 Vixerunt plures olim, dextro oscine Fame;
 Sorte pari verò sunt usi tempore certè
 Propitio minus. Unde tuos VVERNERE parentes
 Nòrim, cui vicus nummo datus obside noster?
 Idem nam fueris VVernerus, an illius alter
 Nominis, accepit qui feudi iura, suumq;
 Post duo lustra genus fundis felicibus auxit:
 Num Theodorus item fueris prior ille celebris,
 Hereo. sub spacio decurrit vita decennal
 Sæpius, ut iures totius schema novatum,
 Mundi, hoc in spacio, quàm mores, quaq; colonos.
 Quo socios Genitore dabo? num forte fuistis
 Fratres, an patru? (e) VVERNERO sacra dabatur
 Infula Lebusij, rapidis ubi labitur undis
 ODERA. Sic melius se Christo posse litare,
 Et servire statum multum meliore putabat.
 Non in veste sacra pietas, non ordine sacro;
 Sed pura est, sed mente piâ sita: pectore puro,
 Synceraq; fide, Christo placiture litabis)
 Hunc alio quamvis appellent nomine quidam,
 Scriptorum; Veteri tamen hunc signata papyro
 Corrigit errorem manifestis litera verbis.
 Hic ita progeniem nullam; Bernharde, Levine
 Vos autem celebrem, felici luce, dedistis.
 Non verò letata diu est stirps vestra, nec ad nos
 Pervenit. Quos dum felici GLORIA curru

Publi-

(e) Constat aus einem
 Reversal des Klosters
 Kreuesen bey Osterburg/
 yber 300. fl. reinitisch For-
 malia sunt: Dem wer-
 digen in S. Odt Baden
 Wernern / Bischopen
 tho Lebus / ynd synen
 Beddern geheten von de
 Schuleborg / Datum
 Anno 1221. die Andrez

(f) constat ex Perccen-
ken. d. l.

(h) constat. aus einem
Revers des Klosters
Rittershansen datirt
1270. Dom. 1. Advent.

(h) constat. aus dem Re-
gister / so vber die arme
Gilde zu Bezendorff
auffberichtet.

(i) constat ex eod. super
reversalij Cœnobij Rit-
tershansen. Formalia
sunt: Dat loue wy an
dem Dohmprauest cho
Brandenburg Levinen/
vnd Hansen

(k) Constat ex donat.
pagi. Belwiz ad Czno.
Dambec. ubi initium:
Joh Hinrick van de Schu-
lenborg Provest zu
Dambke / Hinricks Son
&c dat. 1261- die con-
vers. Pauli.

(l) Constat ex ad donat.
ubi verba, Alse vnt vse
Nōme de Grefin von
Dannenberg / Oda / de
nu vorstet den benōme
den Sūstern / verord-
net &c.

*Publicat, ut stringat nubes extrema crepido
Verticis. Ex illis claret Schulnburgius (f) Hasso,
(Sive, secundum alios, Busso) qui Caesaris aula
RODOLPHI (quem Jova humili de sede receptum
Ad summi voluit fastigia ponere clavi)
Magnus erat, multumq; potens prestantibus ausis,
Ottocarus quando Rex ille superba Bohemus
Colla sub imperium renuens dare Caesaris armis,
Dejiciendus erat. (g) GUELF. supremus in aula
PRINCIPIS HENRICI meruit quoq; vindice Pbabo
Delimare pedes Divum super axe sedentum,
Et certare polo mortali sorte (h) MANASSES
Largi animi notus pro turba paupere, sacris
Atq; alijs rebus, testanti codice quodam,
Transcendit meritis obliviam, & aureum honoris
Intravit penetral. claretq; (i) LEVINUS in aede
Prepositus sacra, qua BRENNI ex arce videtur
Condita. Claratur Conjux (k) Henricus & ODA,
ODA, quam celebris luxat & gloria dextra
Inferit historijs, nostrumq; propagat in ævum,
ODA, cui comitum stirps Dannenbergica, quæ se,
Quæ sacris omnes res intullit. Argumenta
Tanta certare dei DAMBECI gloria præbet
COENOBII pagis & pingvi divitis agro
Soltquellam prope. Tanta fuit promptissima Christo
Dextera! nec minus est dictu mirabile, & ipse
Filius, in nostris etiam qui notuit oris (l)*

Henricus

HENRICUS. Karo gnatis devota Parentum,
 Mens placuit, si quando opibus decedere visum est!
 Filius hic consensit, ubi devota Genitrix,
 Virginis Dux facta chori, post busta Mariti,
 Pagum canobio quendam donaverat isti
 (m) Claruit & quidam Vernerus, fortiter arma
 Qui populos contra, Saram primordia gentis
 Mentitos, nomenq; sua, dum movit, obivit
 Gallicia in regno. (n) Bernhartus & unus abense,
 Mars, Hollande, cecidit Bellator in armis.
 Sic nihil in mundo duxere antiquius, olim
 Quam verbi emolumenta Dei, & virtutis honorem
 Proferre; At hodie friget purissimus eheu
 Ille calor! multis pro numine venter habetur,
 Cui quoq; cuncta solent, Cyclopi more, litare.
 O felix, ipsiq; polo contermina Fama,
 Quae pietate Deo, quae se virtutibus orbi
 Ritè probat, fecesq; solo, sordesq; relinquit!
 Non anima huc plebeja venit, defixaq; terris;
 Sed quae sidereos imitatur flamma cursus
 Exuviasq; sui caelo portare dat astris.
 Amplam materiae segetem, quis & borrea parva
 Non videt? unde notis concisis prendere cogor,
 Quae vix, pro digno, centena volumina praesent.
 Mentemq; inde nimis percellor, laudibus impar
 Sim quod ego tantis, quas Spiritus acrior, usus
 Uberiorq; genI vix dignè maeret, & ausit.

B

Quia

(m) constat ex quodam
 reverfali Cœnobij Di-
 storfensis super ali-
 quo t bonis in Mede-
 becf. Datum die Mar-
 tis post Palmar. Anno
 1268. Verba sunt: Alfe
 ydt verordnet hat noch
 by synem leuende Wer-
 ner gebeten van de Schu-
 lenborg / jegen den toch
 in Gallicien / da he bleeff
 wedder de Saracenen.

(n) Constat auf dem
 vortrage zwischen dessel-
 ben Geschwistern und de-
 nen van der Schulen-
 borg Datum anno 1292.
 die Nicolai, Verba sunt:
 Wegen usens Brödern
 und Schwagern Bern-
 des gebeten van Schu-
 lenborg de in Hollandt
 umbkam / des Erve an
 uns gefallen dem Gott
 gnedich sy. etc.

SCHULNBURGIDOS

Quid memorem quot Praepositos Solt quella potis
 Enumerare? nihil nisi nomina nuda recenset (sit
 Funereus codex, dictas & abusibus boras
 In Christi meritum blasphemis annotat, unde
 Vera paranda salus (heu vanè!) credita quondam
 Defunctis. Non ista juvant ludicra, cruori
 Christi adversa, hominem! quem rupto stamine vi-
 Haurit dira semel Necis inclementia, nigram, (te
 Subq̄ potestatem redigit, non inde vagari
 Illi concessum est; sed fixa sede morari
 Cogitur eternum, qua sit vel cunq̄ receptus.

Et quis lapsa potest tot secli tempora nosse,
 Haut scriptis clarata? Deus, Deus Arbiter omni-
 Omnia stant cujus vultu praesentia coram, (um,
 Novit, & in nitidam, quando vult, ducere lucem,
 Arte valet facili, quae praeteriere, profundis
 Mersa etiam tenebris, & quae longè inde futura.
 Sicut humi passim dispersos nemo stolones,
 Ipsos radicum nisi vestigaverit altè
 Flexûs cognôrit, quo sint è stipite ducti.
 Et quis mortalis nostrum vestiget? in ipsâ
 Ambiguo terrâ tractu radricula serpit,
 Et, qua non credas, emittit sede stolonem.
 Solus naturæ Praeses, Reçtorq̄ latentum,
 Novit, in ipsa videns rerum penetrabilia, in ipsas

Illu-

Illustri tenebras, atq; abdita lumine, coram
Se videt, & tenet omnia, Quò mortalis homulle
Extendis nervis? ò desine talia tandem.
Sensus hebes non se ad penetralia porrigit ista!
Hinc Schulnburgia gens, quod te dimittere Musa
Cogitur, & certam nequit attexare propagem,
Incusare animam vilem, cassosve labores,
Sumtusvè impensos noli, tempusve legendi;
Incusare potes, si fas est, invida secla:
Scribe dicam sorti torpenti & vatibus ævo,
Te quod noluerint victuris credere Cedris.
Quanquam, si rectè veterum observabis Ocellos
Excusare satis poteris. Nam quilibet horum
Est virtute sua molitus ad æthera gressum,
Atq; apicem laudis decoratum appendere nisus.
Et merito! quid enim laudis venit inde nepoti
Stirpem scire suam, nec dignè vivere stirpe?
Scire quod egregij multo sudore Parentes,
Et proavi Heròes superi fastigia collis
Ascendere; nec eniti vestigia stirpe
Digna sequi? & tantum sectarier ocia vite?
Certè qui tali cupit alti sanguinis actus
Nomine, nec fieri juxtim vult dignior heres
Virtutis, cassa nuce laus est vilior illa;
At qui Virtutis fieri, ceu sanguinis heres

*Nititur, audito proavorum nomine, recto
Vadit calle. Et eo veterum monimenta recensent
Nomine Castalides, Cedro insculpuntq; perenni,
Non parvus titulis virtutum Fomes avitis
Accessit semper generosis mentibus. Olim
Sic quando Romæ statuas aspexit avorum
SCIPIO, virtutum mihi sunt calcaria, dixit.*

*Interea magnis claresce superstes in ævum,
Nominibus Schuleburgie Flos, quem inde ses ab imis
Afferuit virtus tenebris, & luce beavit.
Incluta virtutis Mens est notissima sede,
In veraq; Dei splendentis luce moratur,
Effulsura olim mundi sub fine ruentis,
Lux ubi perpetuo tenebras fulgore movebit
Mentibus, & sese dabit æternante potiri.
Tunc quicquid tenebris mansit, pictumq; dolosis
Verborum ampullis, aut turpi dropace tectum,
Ut solitum fieri, latuit, manifestius omni
Phæbo, cernetur coram; verumq; refulget
Heic quod erat quondam violento pollice pressum.
Ite, fores Musæ libroq; aperite sequenti,
Usuro forsân Fati melioribus auris.*

**Finis libri tertij Schuln-
burgidos.**

SCHULNBURGIDOS LIBER II

QUARTUS.

Filum præfixæ Genealogiæ sequens, ut sequens tabella exhibet.

Nota: Die Ziffern in der Tabell bey einer jeden Person gesetzt / bedeuten die Ordnung derselben / wie sie im Carmine auff einander verfolget werden / da gleichsals bey einer jedern Person am Rande / die Ziffern zu finden.

1.
Herr
Werner
Ritter /
Stamm-
herr.

2.
H. Henrich
Bischoff zu
Havelberg.
3.
Bernhardt.

4.
Werner der
an seinem
Hochzeit-
tage erstochen
5.
Hans in der
Jugend
gestorben.

6.
Henrich der
Älter.

9.
H. Werner
Ritter
Hauptman
der Alten
Marck.

8.
Herr Levin
Herrmeister

23.
H. Berndt
Ritter.

7.
Hans.

28.
Henrich Stammherr der alten oder weissen Parck / Davon
in folgenden 5. 6. 7. Büchern.

29.
Herr Ditrich Ritter / Stammherr des Jungen und Schwar-
zen Theils / davon in folgenden 8. 9. 10. 11. Büchern /
wils Gott / sol gesagt werden.

11.

Herr Magnus Compter zum Wil-
denbruch.

12.

Herr Bernt Ritter.

10.

George / Busso / Herman.

15.

Herr Bernt Herr Meister.

16.

Busso / Werner.

17.

19.

Herr Levin Domprobst zu Magdeh

20.

Henrich Hauptman zu Salzwedel.

21.

Werner.

22.

Henrich.

24.

Herr Franz Herr Meister.

25.

Werner.

26.

Henning.

27.

Stegfried I I.

V Vnerus Eq. aurat
 Stirps mortuus ann. 1229
 die 22. Octob.
 Constat ex fundatione
 4. memoriarum in Ca-
 thedrali templo Sten-
 dal. Dat. die Petri ad
 vincula. verba formalia
 sunt: Nos Henricus.
 Dei gratia Havelberg.
 Eccles. Episcopus, &
 Henricus Bernhaldi fi-
 lius dicti de Schulen-
 burg &c. Memoria pri-
 ma sit avi nostri Lam-
 berti Nobilis. Domini
 de Rorez, & Giselz con-
 jugis ejus & matris no-
 stræ URSULÆ, qui om-
 nes in eo Templo, qui
 escūt, die 10. mensis maij
 Alteram fundamus
 V Vnerio patri & Avo
 nostro 22. die Octob. quo
 diu ante annos 49. obi-
 it in terra sancta, in ur-
 be Accaron. Memori-
 am tertiam celebrare
 debent. 1. Febr. quo die
 Mei Henrici Militis
 Frater V Vnerus in
 nuptijs suis perijt, & se-
 pulchus est in pago Au-
 dorp. Quarta memoria
 fiat die Thomæ fratri
 meo Iohanni, qui puer
 mortuus est. &c.

*Icimus: en callis coram, quem querimus,
 heic est,*

*Quo deinceps Cleio decurrat nostra labores,
 Flamina, quo letum pertingant carbas a portu ui!
 Nam certè genus Heroum, præclaræq; facta,
 Non me FERASIO, sed Homero, sive Marone,
 Carminis artifice, & numeri potioris Alumno
 Digna forent, recto si me pede metiar: at ô,
 Adjuvet ista Deus porrò molimina! rectè
 Calli vopè a pedem ferat, & res conserat ipsas
 Ordine, Schulnburgos serieq; sequente Nepotes,
 Justitie Athletas, sublimia sidera, fortis
 Et Bellona quibus Ma vortia credidit arma,
 Et quibus ingenuis placida finxere Camœnæ
 Artibus ingenium, qui vocis luce disertæ,
 Judicioq; gravi, præclaris legibus urbes,
 Aulas consilijs rexerunt, unde potiti
 Heroum lauro multos post terga relinquunt.
 Omnibus his STIRPS est cœlo conterminus ille
 I. V Vnerio, V Vnerio equo qui purpurat aureo,
 Et socijs (patruos an fratres dixeris illos
 Ambigimus) Bernhardo, V Vnerio, atq; Levino,
 Hunc meruit vicum feudi sub jura venire
 Schulnburgis, quo nomine item fatale putatur
 Dextriq; augurij stamen. Sic omina verò
 Accipienda, fide ne indigna, absurdaq; fiant.*

Nequa-

Ne qua superstitio radices nominis altas
 Figat, & à Christo mentes ad nominis hujus
 Forte Elementa trahat nudissima. Scilicet amplum
 Multis esse potest nomen, non omnibus omen.
 Illicò, nec bona res, quæ magna; Sed illicò magna est,
 Quæ bona. Sola DEUS posuit quæ nomina rebus
 Omina habent & rem, quàm signant, clarius ipsam
 Ostendunt. Sed quo deflectit pagina gyro?
 Et diuerticulis ad VVernerii ausa revertat
 Vana superstitio (quando, dominante Papatu,
 Vilescebat adhuc Christi pretiosa cruoris
 Purpura, seq̃ operum tantis fiducia rebus
 Eheu sacrilego multum immiscebat abusu)
 Palmarem multis laudem, titulumq̃ solebat
 Assignare olim, quæis sancta in visere terræ
 Regna Palestina, Christiq̃ videre sepulchrum
 Incessit studium per mille pericula fortè.
 Huc quoq̃ VVernerus, devota mente, profectus
 Fertur; at inde domum, veteresq̃ attingere sedes
 Non remigrare datum est: peregrinis Accaron oris
 Hausit, & aggesto terræ sub cespite texit.
 Contigerat thalami consors Robrezia virgo
 URSULA, Lamberti generosa propago, duobus
 Termitibus fœcunda DEO, fecunda Marito.
 Quorum qui natu maturior alter, Haveli
 Ad ripas, surgit quæ mons altissimus urbi

Conspi-

(a) Constat ex præmissis Memorijs. Item ex Angelo March. annal. mortuus est. anno 1290. cum præ fuisset Episcopatus 18. annis.

(b) Constat ex memorijs prædictis. Et ex dotalitio pagi Woldenberg. Datum 1274. die Pantal.

(c) Constat ex citatis memorijs.

(d) Vide præfatas memorias.

(e) Ex fundat. earund. memoriarum.

Conspicuus sacrâ, castrî instar, nobilis, æde,
 2 Henricus (a) quondam, sacrâ fulgente tiarâ
 Pastorale pedum, vita sub calibe rexit
 3 Bernhardus (b) natu minor, ubere ter mite felix
 Tres Alvenslebiâ suscepit conjugè Gnatos,
 Haud verò parili sortios nomine fata.
 4 V Vernerus cadit heu, sacris ubi constitit aris, (c)
 Et pactus latos Hymeneos, ense! vides ne,
 Quod non fortuna sita vis in nomine? Solus
 Fata sinu gerit, & regit omnia Jova. Quod hora
 Memento variet vicibus fors disce, nec ulli
 5 Parcat letitiæ generi violenta! (d) Ioannes,
 Omnipotentis Heri pro nutu, languit ævo.
 Sub primo, terrâ cœu stirps à matre revulsa.
 6 Henricus verò (e) nactus felicior auram,
 Ad nostrum usq; genus transmisit nobile seclum,
 Et qua se Nigræ, quâ se & pro seminat d' Albe
 Stirpis honos hodie, Quo Clejo limite deinceps
 Nostra laborabit. Quamvis ibi densior obstet
 Gestorum series, & crebris ardua virtus
 Laudibus, ut tanta fermè mole obruar. Unde
 Omnia concisis cogor constringere metis
 Narrandi, quæ digna forent vestire decoris
 Suade luminibus, nitidoq; ostendere Phæbo.
 (f) Sex huic filij erant, V Vernerus nempe, Le-
 vinus,
 Bernhardus, Janusq; Henricus, cum Theodoro.

Quorum postremi duo tantum stemmatis huius
 Propagatores bodierni (Stipitis albi
 Henricus, Nigri Theodorus; ut ordine Libri
 Cuncta suo pendent) Viridi sub flore iuventa
 Solvit Accerser comes (g) Ianus mortalia. Fortè
 Hic quoque rimaris leua omina nominis, alter
 Quod Janus primo cecidit sub tempore? mens o
 Nunquam rite tenax medi! quid putida spe
 Etas

Hæc elementa? FIDES in Christum gnara futu-
 ri est

Ominis, Et ridet sannas animosa, triumphat
 Ipso sub carnis luctu: nihil ominis heic me
 Levi, inquit, feriat tanto munimine cinctam:
 Angatur, cui Christus abest, Et parma salutis.
 Fanera densantur quorum vis ordine nullo
 Nominis. Jccirco vim Fati in nomine noli
 Ponere; sed Christo tantum constanter adbare,
 Et sic nullum oberit, quocunq; sit omine, nomen.
 (n) Levinus gentes contra, quæ nominis Hostes
 Christi tunc fuerant, sacri Dux militis arma,
 Movit, Et occubuit pulchrè pro nomine Christi.
 Et quanquam reliqui post se liquere nepotes,
 Stirps tamen illorum maturè desijt, olim
 Nec latè diffusa fuit, nec tempora vidit
 Nostra. proinde brevis (i) bifido se linea tractuò
 Expediet cursim non suspensura legentem.

C

Linea

(f) Quod VVernerus
 Eq. aur. Theod. Eq. au-
 rat. & Bernhardus fra-
 tres fuerunt constat ex
 quodam consilio in cau-
 sa des Schulhen zu
 Reckling / Anno 1338.
 Item ex lit. investit v-
 ber die Bede zu Dobber-
 fow dat. Woldeck die
 Thomæ An. 1315. Item
 ex sequi revers. lit. h.

(g) Constat sequentibus
 sub lit. h.

h) Constat aus einem
 Meyers des grossen Ka-
 lands zu Salzwedel ge-
 geben den andern vier
 Gebrüdern / Anno 1327.
 3. Novemb. Verba for-
 malia ita habent: Dat
 my angelauet H. Wer-
 nern dem Hōuetman/
 vnd H. Bernden / dem
 Ouerkōfenmester Hin-
 ricken / vnd H. Dibriken
 dem Marschalck Riddern/
 tholestende wegen der
 Seelen örer Brōd er / H
 Levinus / de Nester was
 tho Sunnenborgk den
 dith jar de vnlōrdigen
 Lictower erschlagen / vnd
 des Jungen Hanses / de
 in de Jōget starff ic.

(i) V Vern. Eq. aur. &
 Bernhard. linea

Linea V Verneris Eq. aur.

Henrici Sen. Filij.

9^o *VVERNERUS* (k) *proava virtutis nobilis Heres*
Qui palmaris Equi nomen quoq; gessit ab auro,
Quo stadio proavus praecurrit gnarus, eodem
Institit, & decurrit proximus intervallo.
Hic nec enim corpus sine pectore, inutile terra
Pondus erat, curanda operans in carne, terens ve
Ocia; sed quicquid dignum prudente bonoq;
Urgebat patriae communes cautus in usus,
Consilij dandis animumq; probabat acutum,
Marchida cum veterē, Volmaro funere mersō,
GUELFUS OTHO (tribuit cui munificentia nomen)
Ipsi curandam comitteret. Obenē grata,
Pignora, Si Matri soboles, curandaq; fido
Patria commissa est. Heroi! vita minoris
Quam soboles illi est pretij; quam patria certē
Isti. Sic stomachus digestum in cetera spargit
Membra cibū. Sed quid manifesta in luce fatigor?
VVerneris thalomos VVandslebia Virgo (a) (Baro
Gebhardo sata Patre pio, sata Matre, celebre (ne
Qua genus è (b) Comitum ducebat stemmate CLA-
ANNA ingressa quidē fœcundos lata penates, (RA)
Christo augente, dedit, non verò luce potitos
Nostrā. Hausit Fati vis, accelerante ruina.
Est in laude tamen scriptis celeberrima quina,
Mascula progenies. Prodi virtute (d) GEORGI
 10 *Insignis, fideiq; tenax assertor, & equi Maſte*

(k) Constat ex superio-
 ribus sub literis f. & g
 vide etiam Enzel. & E-
 dinura.

(a) Constat ex litteris
 reversalib. Coenobij
 Ammenleben datis eo-
 rum Heredibus Anno
 1303. die Martij. Ver-
 ba sunt: *Alse geordnet*
hat/ de Edle Mann
Gumprecht von Wand-
schlebe / der von Alden-
husen och bete / wegen
des Erbes seiner Mober
Claren von Osterborg
und Aldenhusen
Gräfin Hern Ge-
uerts Wedewen etc.

(b) Das Herr Werner
 H. Gumprechts Schwe-
 ster gehabt/ constat ex
 fundat. Des Altars cor-
 poris Christi in vnser
 Frauen Kirche zu Salz-
 wedel datirt Anno 1310.
 die Martini, in welchem
 er Heinrichen v. H. Wer-
 ners Sohn seiner
 Schwester Sohn / Hen-
 richen aber und Gump-
 prechten H. Heinrichs
 Ritters Söhne seiner
 Döchter Söhne nennet.

(c) Das sie Anna ge-
 heißen Constat ex ijs.
 dem reversalibus sub
 litt. a.

(d) vide Smalex & Pec-
 cenken. d.l.

*Macte acer. Non te fraudes, non plurima opum,
 Non species, habitusq; viri, non ulla pericla, (vis,
 Nec socij movere fide, confluxerat ordo
 Quamquam piurimus, & vicina natio gentis
 Castra sequebatur decepta hostilia, paucis
 Urbibus, & paucis constanti castra secutis
 Mente viris, vidit quos ordine Marchis equestri,
 Cum Personatus fasces in Marchide, multo
 Milite V Voldmarus; vicino robore fretus,
 Ad se tentaret rapere, electosq; movere
 Sede Duces, quibus indultu concessa paterno
 Caesaris antè fuit; sed non felicibus auris.
 Causa quidem premitur bona, moliturq; ruinam
 Sapiq; opprimitur nunquã, hauritur vè ruinã
 Huic Lucia fuit Verdmana stirpe creata,
 Conjux (quam nostræ Crater argenteus adis
 Maximus, & donata sacris Bombycina vestis (ge
 Autorem agnoscunt) marium terna aucta propa-
 11 Quos inter Magnus (e) cuius procurrit in annos
 Centum vitæ ferè) V Vildenbruccensis adeptus
 Commendaturæ sacra munia fertur. Equestri
 12 Palmarem obtinuit (f) Bernhardus in ordine lau-
 43 Sed (g) Busso tantum nostris innotuit oris (rum
 Nomine, cui proles (h) Hermannus, linea stirpis
 Ultima, matre satus Catharina Hakenia in auras
 15 Te (i) Bernharde sacro Miles, Ductorq; dicatè
 Militiæ generi, V Vernerii nobile pignus,*

(e) Vide 1. den vertrag
 über die Mühle Gla-
 digow Dat. die Ursu-
 la Anno 1396. 2. die
 Stiftung des Altars
 S. Georgens zu Bezen-
 dorff. datum An. 1449.
 3. Junij. 3. die Stiftung
 der 600. fl. reinitisch dem
 Kloster Arentsee Dat.
 1472 die Lunx nach dem
 Neuen Jahr. Woraus
 leichtlich sein Alter zu-
 ersehen.

(f) Constat ex privil.
 Über das Gerichte zu
 Sellentin / dat. Königs-
 berg die Pantal. Anno
 1370. Item ex fundat.
 Der Ewigen Lucht zu
 Bezendorff in S. Geor-
 gens Capelle / welche
 beim Stölpe noch vu-
 langst gestanden Anno
 1292. die Pancratij (g &
 h) Peccensten d.l.

(i) Huius fit mentio in
 einem vertrage den Er-
 ben H. Dirrichen Bi-
 schoffen zu Brandenburg
 und H. Bernten Kel-
 nern zu Halberstadt / al-
 len von der Schulen-
 burg auffgerichtet / zwi-
 schen H. Bernten / und
 Bernten auch Henrichē
 und Henrichen iren Ge-
 wettern Datum ist Be-
 zendorff Anno 1376. die
 Pantal. vide Peccenst.
 & Smaler. defundat.
 commendat. & Scholz
 Sunneburgensis. d. l.

Natum & nutritum credunt Heliconis in antro.
 Laxaturus enim sacri pomœria regni,
 Commendaturam, quæ VVldenbruccia dicta
 Amplis fundasti proventibus, unde sacro
 Scilicet addicti Marti stipendia ferrent.
 Heliopyrgæ etiam, quâ se piscosa benignis
 VVarta effundit aquis, mox seruitura Viadro,
 Aonias aperire Scholam discentibus artes
 Fecisti Manifesta rei documenta loquuntur,
 Ut qui factururus simplurima verba, legentem
 Commorer, & saltem consumam nobile tempus.
 Felix qui nummos ita sacro destinat usui,
 Proximus ut, Christusq; pios hinc sentiat usus!
 Rarum erat hoc studium tunc ævi: scilicet omnes
 Curas cœnobijs impendere, & era solebant;
 Unde saginabant ventres & inertia tantum,
 Pignora, quos Monachos dicunt (fortassis ona-
 Rectius) ad sedes pietatis, semina sana (gros
 Artis, nem) fuit fermè qui traderet æ ra.
 Ipsis in tenebris hoc ò Bernarde videbas
 Quod nitidâ nolunt hodie sub luce videre,
 Multi, quæ secum nobis schola commoda portet.
 Qualis ubi pleno diffudit lumina curru,
 Discussis tenebris Hyperion, cetera quæ vis
 Lustrantur, gaudentq; animalia luce potita;
 Sola tenebrarum custos, aduersaq; luci
 Fertur avis (murem dices fortasse volantem)

Rectus

*Rectius, à sero, quo gaudet, vespere dictus
Est vespertilio) ad clarum dum cecutit Horum.*

16 (k) *Bussos Verneris Soboles, post busta reliquit*

17 *Progeniem magnum referentem nomen avitum:*

Ast vix bisenos ubi bis compleverat annos,

Occidit ante diem, viridiq; elanguit aeo,

Inciso decore, flos ut pulcherrimus agri.

18 *Nec te celavit virtus (m) Sigfride, sed astris*

Inseruit partumq; decus portavit ob ora,

Et porrò dabit in stirpis prænobile calcar

Carmine, si decoris quicquã est in carmine, Musa,

Quod fidei exemplar servande in signe dedisti,

VVoldmari contra mentitum nomina, recto

Fidus successu, mutato fidus amicis

Principibus, quos dextra sibi constrinxerat arctè

Dextra olim pluris valuit data pignoris obses,

Quam stylus & ceris impressa sigilla moderna.

19 *Masculà terna tibi soboles (n) Levinus in aede*

Prepositus quam Mauritio devota dicavit

Cesaris Ottonis pietas in virginis Urbe.

20 *Henricus (o) rexit qui Soltquellense Toparcha.*

2 *Gnara mente solum (p) VVernerus & ultimus,*

Sed mors in medio demessuit horrida flore (ipsum

22 *Henrici (q) tantum fit mentio nomine nudo.*

Sic si non alio profunt monimenta sacrorum

Fine, superstitione posuit quæ credula quondam,

Heic nobis multum lucis tribuisse fatendum est.

(k l) Constat ex donat. pagi Woldenberg/ facta cœnobio Kreyesen/ Ann. 1381. die Medardi. Et vide fund. citat sub g. & h.

(m) Vide Pecest. & donat. sequent. sub lit. (n o. p.) ubi ejus filij nominantur.

(n. o. p.) Constat ex ead. donat. pagi Woldenberg Verba sunt: Dat hebben vns volhort geuen H. Levin Prævest in dem Dohme/ tho Meiborg / vnd Hinrick Hœuetmann tho Soltwedel / vnd Werner Bröder / Sifers Sone etc.

(q) Constat ex fundat. Des Altars/ corporis Christi vide supra lit. b.

*Sic (heu quantillo!) V Vernere evanuit ævo
Stirps tua, nec multus vidit numerare nepotes,
Quantum docta quidem liquit scriptura papyro.*

Linea Bernhardi Hen-

rici I. Filij.

(Heros

(v) Vide supra sub lit(h)
den Revert des gros-
sen Kaland zu Salzwe-
del Constat item ex pri-
vileg quodam Ludovi-
Sen Elect dat. Innger-
munde. die Jov. post Lau-
rentij An. 1348. Archi-
magiratum Schuln-
burgijs confirmant,
Carolus III. Imp. & fi-
lius Venceslaus Rex
Bohemie anno 1373. die
Lun. post Nativit. Mar.
Ita formalia habent.
Och bestedigen wy önen
dat Köfenmester Ampt/
der Markon tho Bran-
denborg in alle der ma-
ten / als se darmede von
öfen vorsehren Marg-
graffen tho Brandenburg
belehnet sind / vnd also de
berther in rawlicher nütte
vnd Gewehr beseten heb-
ben. Item Stigismundus
Imp. An. 1379. dom. Iu-
dica Jodocus imp. Anno
1398. Frider. I. Elect.
Anno 1417. &c.
(f) Vide Smaler. & Pec-
censten

23 BERNHARDUS (r) satus Henrico celeberrimus
Marte potens, Equus auratus quoq; & Archima-
Electo ratu s Brandenburgens is habetur (girus
Inter Schulnburgos PRIMUS, Rorezia forte
Stirps ubi desierat. Quo deinceps tempore stirpi
Dicitur mansit honor nostros servatus in annos.
Sic Rorezia stirps huc derivavit honorem;
Et partem clypei. Nam Schulenburgius ante,
(Ut Tangramunda presentat curia pictis
In clypeis) tantum gryphino constitit ungue,
Et qua formosis caput effert cassida pennis,
Et qua se ostentat distinctis area campis.
Vir ferus & Taurus media regione locatus,
Rorez. I clypei est pars nobilis: Archimagiri
Munia Bos signat; sed vir natalia signa;

*Huic thalami sociam, thalami Deus Arbiter,
Ex Bartenslebio condixit stemmate, gnatis (orta
Quatuorex auctam, sed nullo hērede potitis.*

24 Franciscus (f) sacro se bello dedidit, auspex
Et Ductor factus, cui V Vildenbruccia grato
Debet & agnoscit lapidem Schola pectore primit.

V Verne-

25 V Vernerus (t) vero (u) Henningus, (vv) Sigfri
26 dus & alter

27 Nullo, ceu salices, auxerunt pignore stemma
Quatuor hic Fratrum cessarit linea, libro
Huic etiam faciat Colophona sequentibus, aurâ
Christi propitiâ, commissâ est Sparta fidei
Trâmite lectorem bifida deducere partis
Profata ab ambobus germanis fratribus, & quâ

28 Henricus posuit stamen senioris & alba,

29 Quâ Theodorus item, quæ nigra, & Junior audit
Quid stas Musa? refer socijs Heliconis in antro,
Ut data pensa probè curent, ne lucis in auras
Prodeat incomptû quicquam. Nam semita nulla
Est adeo bona, quæ non lapsu prona laboret.
Nemo consulto labatur; lapsuum abundè est!

F I N I S.

Proverbiorum 10. 6. 7.

Memoria Justi in æternum; at nomen impiorum putrescet.

Lectori meo Sal.

Irreperunt aliquot Errata, tum à meipso (ut ingenue humana
agnoscam & fatear) tum à Typotheta in prioribus duobus libris Schuln-
burgidos commissa, quæ ut candidè corrigas rogo.

Emaculatio genealogie.

Col. 1. Sigfried. { H. Levin Dohmprobst etc.
Heinrich Hauptman zu Salzwedel
Werner Jung gestorben.

H. Werner { George &c.
Mutter { H. Bernt &c.
Busso
Siegfried &c.
und Henrich.

H. Dietrich

(t u) Constat aus dem
Kauffbrieffe vber dz halbe
Dorff Brienze/ Anno
1366. Domin. Lactare.
(w) Das auch Siegfried
derer Bruder gewesen/
vnd ihr Vater H. Bernt
geheissen constat ex fun-
dat. der ewigen Messen in
der Barfusser oder
Münch Kirchen zu Salz-
wedel Anno 1345. die
Bonifacij.

Henrich Stamherr } H. Ditrich Bischoff &c.
 des weissen oder al- } Henning
 ten theils } Berht Kelner zu Halberstad
 H. Ditrich Ritter Stamherr } Heinrich Stadthalter zu Zella.
 des Jungen oder schwarzen } Werner &c.
 theils } H. Henrich Ritter Hauptman
 der alte Marck.

Colum. 3. Sub liberis Christophori lege Ludol / nd Berntendolf pro
 Schmochwiz lege Schochwiz. Item H. Jochem Hans George &c.
 Col. 4. Ditrich Hauptman der alte Marck.

Jbid. Jochem } H. Ditrich Probst
 } Hans
 } Jürgen
 } H. Christoff. Mänsch zu S. Michel. in Lüneb.
 } Werner &c.

Lib. I Schulnburg.

Pag. 1. v. 16. lege non fas

Pag. 3. v. lege, servare

Pag. 5. v. 3. historialq; v. 5. Martem ?

Pag. 6. v. 3. lege, iudicio. p. 7. v. 1. veterum v. 5. Spangenbergius. in
 marg. Digressio

Pag. 8. v. 19. lege arce.

Pag. 10. v. 17. lege linquitur.

Lib. II. Schulnburg.

Pag. 18. v. 1. lege ordine. v. 5. cruore. v. 13. nigressere;

Pag. 19. v. 19. pristina v. 9. quem v. 10. linquite v. 16 qui

Pag. 21. v. 1. Opum vi v. 8. dele olim. v. 6. doctarum

Pag. 23. v. 4. hominum v. 11. ferebat Pag. 22. sub marg. (b) Jovis.

Pag. 24. v. 1. maturius In margine sub (i) autoramento

Pag. 26. In marg. sub (m) dele II. in marg. sub. (o) lege 1436.

Jbid. Verba: Vide & diploma &c. referantur ad (p) Post
 Verba Anno 1314. v. 21. praefecto.



AB: 155 199


ULB Halle 3
004 841 417



TA → OL

09.2007 Bd.







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

LNBURGIDOS
CITATAM GENEROSÆ
sive Seniore, & nigram sive
ioem, dixotomian

DUGTÆ

, defunctorum co-
memorijs, diplomatis recessi-
ous, feudorum divisionibus,
ium constante rela-
tione.

S SECUNDUS
ra & sumptu

AS I Crofnâ-Silesi

ezendorfiani-Schu
gorum P. C.

Psal. 112. v. 2. 3.
dicetur: gloria & divitiz in domo eius:
manet in seculum seculi.

OS (:) S

pta Parthenopoli

BEZELIANIS

no are nostra
as TVas ex Psal. 25. v. 4.

